



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Propositio XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

PROPOSITIO XX.

Solam fidem respicit Deus. Omnes homines duos habent iudices, Deum & homines, duobus ergo modis debemus iustificari, fide coram Deo, charitate coram hominibus.

CENSURA.

Deus respicit fidem, sed non solam, respicit humilem, orationem, munera, clamorem, lachrymas, opera, non secus quam fidem.

CONDEM. CENSURAE.

Homo duplex est, internus, externus. 2. Cor. 4. & quis
 Huius duos habet iudices, Deum & homines. Deus inter- 2. Cor. 2.
 num hominem respicit, homines externum. Deus fidem re- Jerem. 5.
 spicit, Iere. 5, homines charitatē. Deus ex fide aestimat, &
 ponderat opera, prius enim respicit ad personae fidem, & si
 persona placet fide, placent & opera personae. Respicit pri- Genes. 2.
 mum ad Abel, dehinc ad munera eius, Gene. 4. Hebrae. 11. Hebre. 11.
 Aliud est Dei iudicium, aliud hominum. Deus cum sit scruta-
 tor cordium et renum, cordis abyssum intuetur. Homo uero
 ea quae patent, qui cum cor introspicere nequeat, ex operi-
 bus iudicat fidem perinde atque arborem ex fructibus. Porro
 oratio fructus est fidei, humilitas, pauperculus spiritus, fide
 deliniant. Si persona accepta est fide, placet Deo & eius ope-
 ra, respicit personam, approbat eius opera. Nam quemadmo-
 dum quicquid non est ex fide peccatum est, ita quicquid pro-
 ficiscitur ex fide iusticia est ex Deo acceptum. Si oculus tu-
 us simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Matt. 6. Math. 6. et 23.
 & 23. Caecae Phariseae, munda prius quod intus est, & exteri-
 m 3 ores